

AB	se contraria vel diversa, nec INAEQUALI MODO agere. Sic ignis appositis stipulis non potest cas non comburere. (e)
**	PER ESSENTIAM, quæ scilicet ipsa libertatem in se habet qualis est sola voluntas, in quâ solâ ipsa Libertas est formaliter.
Potentia Libera porrò est (1.) Libera vel (2.)	PER PARTICIPATIONEM: quæ quidem ipsa per se libera non est, talis tamen denominatur, quatenus apta est audire voluntatem per se liberam, eique obedire ita, ut ejus operationes ita liberè fiant, ac si ipsa libera esset, eadem ratione, quâ servus prudens dicitur, quando prudentem actionem exerceat, licet agat ex directione Domini. Talis vero potentia libera in homine est appetitus sensitivus, cui voluntas potest imperare, ut abstineat à cibo, quem vero canis necessario prosequitur.
Deinde (2.) Po- tentia Libera est vel (n.)	ORDINATA, quâ agens Liberum potest agere secundum ordinem communis legis aut specialis mandato, aut aliò quoque prescripto institutum v. gr. Cum princeps furem convictum suspensiō afficit. Et quando DEUS facit, ut ex vite nascatur vinum. ABSOLUTA, quâ agens Liberum potest agere contra vel preter ordinem legis aut specialis mandato aut aliò prescripto institutum. v. gr. Quando princeps furi pœnam suspendendi mutat in pecuniariam. Item quando Christus aquam convertit in vinum.
UNIVER- SALIS, ea- que vel	ACTIVA, quâ aliquid aptum est plura & valde diversa producere, sed ita, ut actio & res producta per eam plane indeterminata relinquatur. b. e. ut non ab illâ, sed aliunde ad certam speciem determinetur. v. gr. Potentia solis, quatenus eam cum homine concurrit ad generationem hominis, cum cane ad generationem canis &c. Quod autem res producta sit hujus speciei & non alterius, non oritur à sole, sed à causis particularibus generalem ac indifferentem solis influxum ad suam speciem determinantibus, sic à cane fit, ut generetur canis, ab homine, ut generetur homo. Talis quoque potentia activa Universalis est potentia DEI, quâ concurrit cum frigore ad frigefactionem, cum calore ad calefactionem.
III. Poten- tia utra- que tū activa, tū passiva, est vel	PASSIVA, quæ plures & diversissimos actus indifferenter recipit. Sicuti materia prima, quæ in essentiâ sua considerata apta nata est omnes formas recipere.
PARTICULARIS, quæ itidem vel	ACTIVA, quâ aliquid aptum est ita producere aliud, ut alio & res producta per eam ad certam speciem determinetur. Qualis potentia est vis πλαγιών in semine canino.
PARTICULARIS, quæ itidem vel	PASSIVA, quæ est determinata ad actum certæ speciei, & ita respicit unam formam, ut non equè respiciat aliam. Sic materia, quatenus per certas dispositiones determinata est, ut magis hanc quam illam formam respiciat, est potentia passiva particularis.
IV. Potentia est vel	PROXIMA, quæ immediatè potest in actum deduci, qualis est in chylô, ut ex eo fiat sanguis.
(b.)	REMOTA, quæ non nisi interveniente uno aut pluribus aliis actibus potest in actum deduci, sic in cibô est potentia remota, ut ex eo fiat sanguis.
V. Potentia est vel	NATURALIS, quæ viribus citra specialem DEI operationem ad actum deducit, ut quando è nucleo naturaliter fit arbor; ex vite vinum.
(1.)	OBEIENTIALIS, quæ non potest traduci in actum viribus naturæ, sed per potentiam divinam aut supernaturalem specialiter agentem. Qualis erat in uxore Lothi ad hoc, ut ex eâ fieret statua salis. In aqua, ut fieret vinum.
3. OPPOSI- TUM, quod est IMPO- TENTIA, su- mitur autem ea triplici- ter, vel	1. NEGATIVE, cum tribuitur subiecto actus planè non capaci, ut si lapidi tribuas impotentiam videndi. 2. PRIVATIVE, cum tribuitur subiecto per naturam suam capaci, idque (1) eō tempore quô est capax, quomodo impotentia generandi in Eunuchô est, qui modus est propriissimus; (2) eō tempore, quô nondum est capax. Sicuti infanti impotentiam generandi aut discendi si tribuas.
4. CONCRETUM, quod est possi- bile, idque du- plex est, vel	3. POSITIVE, pro ipsâ potentia, sed imperfectâ; nam qui imperfectè aliquid potest, is sàpè dicitur non posse. Sic seni tribuitur impotentia videndi, quatenus hebetudine oculorum laborat. Quâ in significatione Aristot. l. cat. c. 8. impotentiam secundam speciem qualitatis constituit.
	1. Ut opponitur impossibili tantum, & sic necessarium & contingens sub se complectit tur & sic omne, quod non implicat contradictionem, possibile dicitur, sive sit neces- sarium, sive contingens. 2. Prout non tantum opponitur impossibili, sed etiam necessario, & sic possibile idem est ac contingens, scilicet quod potest esse & non esse. Hoc modo non possibile est DEUM esse, quia necessarium est. (n.)

ANNO-